



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

I. Ad Illustrissimum Principem, D. Ernestum Fridericum, Marchionem  
Badensem, & Hochburgium, Car. F.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

NICOLAI REY  
NERI LEORINI SILESI

Therothermæ,

sive  
AQVÆ FERINÆ.

I.

Ad Illustrissimum Prin-  
pem, D. Ernestum Fridericum, Marchio-  
nem Badensem, & Hochbur-  
gium, CAR. F.

CVR, ERNESTE, meas tibi dem-  
(DERICE Cameracensi)

*Inclyte Dux: lecto carmine, certus eris.  
Scilicet illustri cum Principe matre, Ferina*

*Vsus aquis: felix quas Panacæa colit:  
Umbriferos inter montes, & lustra ferarum.*

*Quæ rapidis Anasus parvus oberrat aquis.  
Multa equidem placida mentis mihi signa dedit.*

*Vt mea sint meritis ora minora tuis.  
Grande voco meritum, pietatem principe dignam.*

*Quam bonitas, hominum quam comitatus amicitia.  
Si quid in ingenio restat, tibi seruiet omne.*

*Seruiet officio nostra Camæna tuo.*



Nec longo pietas tanta evanescet in ævo:  
Et talis meriti gratia maior erit.

Tu modo, quæ mitto, lege carmina fronte serena,  
Inclute Dux: animi pignora certa mei:

Ac laudes admitte tuas, laudesque tuorum:  
Sic dabis ingenio vela secunda meo.

II.

Ad D. Iacobum, Marchionem  
Badensem.

A Iove principium princeps, finemq; IACOBE  
Iustus habet: metui vult, & vterque coli.

III.

Ad Aquas Ferinas.

O temperatæ, dulce nymphæum, lymphæ:  
Lymphæ, potentis blanda dona naturæ:

Sinu beato Martiana quas vallis  
Profundit: apri proditas feri quondam

Vestigijs, ripas ad Entij sacras.

Salvete ter, quaterque, cum sacris Nymphis

Salvete. vos ut mille versibus laudem:

Laudabo nunquam vos tamen satis dignè:

O temperatæ, dulce nymphæum, lymphæ.

IV.

D. Georgio Friderico, Marchioni  
Badensi, & Hochburgio.

A 4 Magna